

## ADDITAMENTA AD FASTOS CONSVLARES

(I p. 413—552).

---

Ad p. 433. In fastis Capitolinis cum omnium etiam minimarum rerum ratio habenda sit, non supersedebimus adnotare annorum 453—455 restitucionem, quae commendatur I p. 566, etiam eo confirmari, quod fragmento eo, quo continentur fines versiculorum a. 455—461, denuo inspecto constituit unicum tantum versum excidisse inter eum qui finit in  $\overline{VI}$  eumque qui exit in I, ut nomina censorum a nobis l. c. relata ad a. 454 annus 455, ad quem vulgo adscribuntur, nullo modo recipiat.

Ad p. 465. Fragmentum relatum sub n. I pertinens ad a. u. c. 335 postea repperimus in codice Viscontiano bibliothecae Parisinae (Visc. 7 f. 128. 130) cum praescriptione hac: *frammento nella vigna Strozzi per la via Appia al terzo miglio 10 Ott. 1796.* Legit Viscontius v. 1 fin. TI · F · C .....

Fragmenta tria tabularum, in quibus feriae Latinae continebantur, rep. in monte Albano (*monte Cavi*) annis 1868—1870. Secundum scriptum est litteris minoribus et magis artatis quam reliqua duo.

### 1.

ap. claudio m. cornelio l. sergio l. minucio t. antonio q. poetelio	a. 304
sp. oppio q. fabio k. duilio m'. rabuleio xxviris consulARI POT	
l. f. ....	
m. horatio m. f. l. n. barbato l. valerio P · F · P · N · PVTITO COS	a. 305
l. f. III · EID · IAN	
iteR · L · F · III · NON · FEbr	
tert. L · F · K · MAIs	
larte herminio . . f. . . n. aquilino t. vergINIO . . f. . . n. tricosto cos.	a. 306

## 2.

## L

<i>l. f. ....</i>	<i>mal</i>	
<i>cn. servilio p. f. q. n. gemino</i>		
<i>c. flaminio c. f. l. n. ii</i>	<i>COS L · V</i>	a. 537
<i>l. f. ....</i>	<i>MAI</i>	
<i>c. terentio c. f. m. n. varronE</i>	<i>COS L · FA</i>	a. 538
<i>l. aemilio m. f. m. n. paulo</i>	<i>MAI</i>	
<i>l. f. ....</i>		
<i>ti. sempronio ti. f. ti. n. graCCHO</i>	<i>COS A · L</i>	a. 539
<i>q. fabio q. f. q. n. maximo · III ·</i>		
<i>l. f. ....</i>	<i>IVN</i>	
<i>q. fabio q. f. q. n. maxiMO · IIII</i>	<i>COS M · V</i>	a. 540
<i>m. claudio m. f. m. n. marCELL · III</i>		
<i>l. f. .... NON ·</i>	<i>MAI</i>	
<i>q. fabio q. f. q. n. maxiMO</i>	<i>COS</i>	a. 541
<i>ti. sempronio ti. f. ti. n. GRACC · IT</i>		
<i>l. f. .... K</i>	<i>MAI</i>	
<i>q. fulvio m. f. q. n. flacCO · III</i>	<i>COS</i>	a. 542
<i>ap. claudio p. f. ap. n. pulcHRO</i>		
<i>l. f. v k.</i>	<i>MAi</i>	

## 3.

<i>L · f. ....</i>		
<i>M · SERVILio c. f. c. n. pulice gemino</i>	<i>cos</i>	a. 552
<i>TI · CLAVdio p. f. ti. n. nerone</i>		
<i>iVN L · f. ....</i>		
<i>CN · CORNelio l. f. l. n. lentulo</i>	<i>cos</i>	a. 553
<i>P · AELIO · Q · f. p. n. paeto</i>		
<i>L · f. ....</i>		
<i>p. SVLPICIO ser. f. p. n. galba maximo ii</i>	<i>cos</i>	a. 554
<i>c. aVRELIO c. f. c. n. cotta</i>		

Descriptis E. Bormannus idemque cum Henzeno restituit *Bull. inst. arch.* 1870 p. 129 sq. Mommsenus tractavit in *Hermae* vol. V (1871) p. 379 sq.

Quartum fragmentum spectans ad annos p. C. 40—43 hic omisimus. Non minus principia maioribus litteris scripta in fragmento secundo constat non pertinuisse ad fastos consulares; quinam vero homines nominentur, ignoratur. Respondet iis nominibus fortasse aliud fragmentum relatum apud Henzenum l. c. p. 135. De reliquis videndi sunt commentarii supra citati, quos nos non repetimus. Tantum monebimus litteris L · F significari verba *Latinæ fuere* diemque a. 542 suppletum esse ex *Livio* 25, 3.